

illuc prospicit illa arida ossa. *Hec dicit Dominus: a quatuor ventis venit Spiritus, & insufflat super interfectos istos, & reuiuiscant.* A quatuor pelagis venit Spiritus, & insufflans, tunc reuixerunt ossa; in primo orbis molimine vno Dei flatu factus est homo in animam viuentem. Genes. 2. num. 7. Præcipue vt dicit D. Hieronymus ad citatum locum Ezechielis: *Ut quomodo in prima conditione hominis insufflauit Deus in faciem eius, & factus est in animam viuentem: sic & secunda conditione, id est resurrectione mortuorum insufflante spiritu uiuificetur.* Si ergo idem spiritus in primo opificio, ac in offibus his aridis vegetandis, cur illic vno halitu, hic verò a quatuor ventis venit? Cum plasmatur Adamus, terra erat recens, ac infantilis, ac proinde valde tenera & apta ad quamcumque formam sine labore recipiendam; at verò ossa illa vetustate, ac senio vehementer sicca, & ideò vt vegetarentur, non tantum ab vna parte, sed ab omnibus orbis angulis, vocandus fuit Spiritus, seu multiplex eius virtus, & ossa multo senio arida animarentur. Vide suprà cap. 18. quæst. 6. num. 39. 40. 41.

Luc. 12. n. 39. Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam.

Num. 40. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

VERSIONES.

Syriacus n. 39. Hoc autem scitote, si sciret dominus domus, quanam vigilia venturus sit fur, vigilaret.

Vatabl. Pagn. Si scisset paterfamilias, qua hora fur venturus fuisset, vigilasset vtique, nec passus fuisset perfodi domum suam.

Euthymius. Non permisisset perfodi domum suam.

Arab. n. 40. Quia in qua hora non putatis.

EXPOSITIO V.

ALTERA parabola, vt notarunt Beda, & D. Bonauent. eos inducit ad omnibus horis vigilandum, prima scilicet, secunda, & tertia, ac quarta. *Si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret.* Qua vigilia siue secunda, siue quarta fur impetum facere disponderet; vigilaret vtique, omni tempore, ac hora, vt suos ab vniuersis infortuniis eriperet, noctem totam in omnem duceret, quietem placidam liberorum incolumitati postponens. *Et non sineret perfodi domum suam;* vt bona illius, ac filiorum diripiantur: non ait, non sineret spoliari domum suam, sed perfodi. Bonus paterfamilias non solum magnum nocumentum, sed etiam paruum inten-

dit euitare in domo sua, ne ex paruis mala, ac damna in magnum crescant.

Et vos estote parati. Concludit Dominus parabolam, estote vos parati vigilantes, & rationem apponit; si enim paterfamilias agnoscens certum furis aduentum, pro conseruanda sua re temporali omnibus horis vigilaret; vos ergo, quibus omnino incertus est mortis articulus, omni momento vigilare debetis, quia qua hora non putatis, hora omnino est incognita, & occulta, filius hominis veniet, ad faciendum iudicium vobiscum. Ex quo nostrum torporem arguit D. Chrysostomus homil. 78. in Matth. *Hec ad erubescendum desideria mihi dicta videntur; maiorem enim diligentiam habent furem expectantes, quam nos salutis animæ: vigilant enim tunc, ne aliquid sibi surripiatur, nos autem, quamuis certo sciamus venturum Dominum, non perseueramus, neque ita vigilamus, vt possimus nõ impræparati ex hac vita discedere.*

QUESTIO XVII.

Quare aduentus Domini aduentui furis comparatur?

SIMILIS parabola refertur Matth. 24. n. 43. Sæpe in Scriptura aduentus Domini aduentui furis assimilatur. 1. Thessalon. 5. num. 4. *Fratres non estis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprehendat.* Et 2. Petri 3. num. 10. *Adueniet dies Domini vt fur.* Apocal. 16. num. 15. *Ecce venio sicut fur.* Fur dicitur a furto, id est atrox, obsecuro, quod per obscuras, & attas noctes furetur, vt ex Varrone ait Nonius. Cur ergo combinatur aduentus Domini cum aduentu furis?

Respondetur iuxta communem doctrinam Theophylacti, Bedæ, Alberti Magni, & aliorum, quod siue sermo sit de iudicio particulari animæ nostræ in hora mortis, siue de iudicio vniuersali omnium hominum in fine mundi, Christus Dominus comparat se furi, non quoad actum furandi, sed quoad silentium, & secretum, quo fur obseruat horam, qua vel putat herum abesse, vel dormire, itaque clam incautum inuadit, domumque eius perfodit, bonaque illius diripit: simili enim modo multoties homines incautos, & inopinatos, quando se magis deliciarum somno ingurgitant, ad iudicium, ac mortem vocat Dominus. Et ideò dicitur citato loco Apocal. *Ecce veniet sicut fur.*

Secundò dici potest, quod sit huiusmodi comparatio tanquam ad detrimentum illatum; nam sicut bona, quæ aduentu furis dormiente Domino spoliantur, & non amplius recuperantur, ita aduentu Domini damnnum spirituale, quod impræparati patiuntur, nunquam amplius valent recuperare, cum in æternum damentur. Et ideò ad magnam vigilantiam exhortat Dominus suos, vt omnibus modis sint præparati, ac vigilantes, vt Domino reddant rationem, vt fecerunt viri sapientes, ac sanctissimi. In vitis Patrum lib. 5. libello 3. de Compunctione, num. 22. Vir senex, ac magnus sanctitate dicebat: *In omni re increpa animam tuam, dicendo ei: Memor esto, quia te oportet Deo occurrere.* Et iterum num. 23. dicitur: *Vidit senex quendam ridemem, & dixit ei: coram calis, & terra Domino rationem totius vite nostre reddisurum, & tu ridas?*

Isbofeth

127. *Isbofeth dormiebat super stratum suum meridie. Et ostiaria domus purgans triticum, obdormiuit. Ingressi sunt autem domum latenter, & percusserunt eum in inguine Rechab, & Baana frater eius.* 2. Reg. 4. num. 5. Non ingrediuntur latrones, quando Isbofeth rex dormiebat, & ostiaria vigilabat, sed obseruarunt, quando vterque dormiebat, quod forte raro contingeret, ex D. Gregor. Papa. D. Bonauent. ait. *Ostiaria dormiente Isbofeth interficitur, quia dum discretionis sollicitudo cessauerit, ad interficiendum animam malignis spiritibus iter pandit. Si rationis vigilia cessat, statim anima neci spirituali, ac dæmonum direptioni committitur.*



CAPVT XXIII.

Hydronicus curatur.

Luc. 14. n. 1. Et factum est cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum.

Num. 2. Et ecce homo quidam hydronicus erat ante illum.

VERSIONES.

Vatabl. n. 1. Accidit cum introisset in domum.

Syriacus n. 1. Quum ingressus fuisset domum vnus ex primoribus Pharisæis, vt ederet panem in die sabbati, & ipsi obseruarent eum.

Theophyl. Euth. Ad capiendum cibum.

Syriacus n. 2. Et ecce homo quidam, qui congregauerat aquas, hydronicus, erat coram eo.

Arabicus. Qui habebat hydronicum erat ante illum.

EXPOSITIO I.

ACTVM est autem. Quo autem tempore, vel loco acciderit omnino incertum. *Cum intraret Iesus.* De præterito legit Syriacus; postquam enim intrauit: *Hæc, quæ narrantur, acciderunt.* Intrauit à Principe inuitatus. Euthymius, Carthusianus dicunt, quod bono animo eum ille inuitauerit; non enim videtur fuisse ex illis, qui Christo nimium inuidebant, & inuitauit in sabbato, in die nempe festo. Alij dicunt, quod ex ipsa Pharisæorum conditione colligitur. *In domum cuiusdam principis.* Princeps nuncupatur, vel quia vt ex radice Græca colligitur, Magistratum gerebat, vel quia cæteris Pharisæis, auctoritate, ac dignitate præcellerat. *Manducare panem.* Pharisæorum more per Synecdochen omnem panem, seu cibum significat. Matth. 6. num. 11. & 15. *Syluicia in EUANG. Tom. I V.*

num. 2. Sicut & aqua potum 4. Reg. n. 22. *Et ipsi Pharisæi, qui simul inuitati aderant; obseruabant eum.* An in die sabbati faceret aliquid prohibitum, v. g. sanare præsentem hydronicum, quod ipsi finistrè contra legem putabant.

Et ecce homo quidam hydronicus: seu, vt habet Syriacus, *qui congregauerat aquas.* Nomen verò Græcum significat aquam inter cutem colligere. *Erat ante illum.* Hic hydronicus, vel erat familiaris, vel domesticus principi inuitanti; an verò Princeps Christum inuitauerit, vt hunc hominem sanaret omnino incertum. Certum verò, quod hic hydronicus suæ sanitatis valde audius, libentissime se Christo præsentauerit, tacite ab eo suæ miseriæ sanitatem petens, vt inquit D. Cyrillus, & Euthymius de cuius benignitate multum confidebat, Pharisæi autem valde diuersa mente eum Christo offerri procurarunt.

QUESTIO I.

Quare Christus Dominus ad manducandum panem intrat domum Pharisæi, cuius & nomen tacetur ab Euangelista?

AB hoc secundo incipio quæstionem, cur Euangelista huius Pharisæi non exprimit nomen, sicut scripsit alterius Pharisæi, qui ipsum inuitauit, & obmurmurauit ob receptam peccatricem, quem Simonem vocari narrat? Luc. 7. num. 40. Simon reprehensione Domini melior est factus, & conuersus ad Dominum. Vt dixi cum communi sententia tom. 3. cap. 15. Expositione 5. num. 163. At Pharisæus iste in sua inueterata malitia permansit. Ille alius bona intentione Dominum conuiuio excepit, & si ob murmurando peccauit, fuit veluti casu inopinato aduentu, quo mulier superuenit conuiuio, cuius nesciebat vehementem contritionem, ac eximiam futuram sanctitatem. At iste Princeps Pharisæorum recocta malitia, ac deprauato animo Dominum inuitauit, vt obseruaret ad calumniam, & accusationem. Nomen autem illorum, qui non ex casu, ac ex humana fragilitate, sed ex malo, & inueterato proposito delinquant, Deus maxime obliuiscitur. De Idololatriis dicitur. *Non congregabo conuenticula eorum, nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Psalm. 15. num. 4. *Delebo nomen Amalech sub calo.* Exod. 17. num. 14. Si verò dicitur, quod hic Princeps Pharisæorum bono animo Dominum inuitauit, adhuc indignus nomine, cum iniquis Pharisæis associaretur, & eosmitteret in domo sua.

Ad Scopum quæstionis quare Dominus intrauit domum Pharisæi? Respondet primò D. Cyrillus in Catena D. Thoma. *Quamuis autem, ait, analitiam Pharisæorum Dominus cognosceret: siebat tamen eorum conuiuia, vt prodesse presentibus per verba, & miracula.* Titus Boltrensis. Ibat Iesus ad conuiuia Pharisæorum. *Vt aliquam utilitatem, ait, eis adferat, familiarem, & quasi domesticum se illis exhibet.* Eximia Christi benignitas, ac charitas, quia ipsi accedebat ad conuiuia Pharisæorum, Iudæi murmurantes dicebāt de eo, *Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus.* Matt. 11. n. 19. Cū Christus optime hoc cognosceret, & quod ipsi obseruabant eum, tamen intrat in conuiuium, contemnens ea, quæ de ipso dicebātur, magis confusum NN 3 lens

Genes. 2. Hieron. Difficile re-nouatur ho-mo peccatis inueteratus.

Luc. 12. n. 39.

Num. 40.

VERSIONES.

Syriacus n. 39. Hoc autem scitote, si sciret dominus domus, quanam vigilia venturus sit fur, vigilaret.

Vatabl. Pagn. Si scisset paterfamilias, qua hora fur venturus fuisset, vigilasset vtique, nec passus fuisset perfodi domum suam.

Euthymius. Non permisisset perfodi domum suam.

Arab. n. 40. Quia in qua hora non putatis.

EXPOSITIO V.

ALTERA parabola, vt notarunt Beda, & D. Bonauent. eos inducit ad omnibus horis vigilandum, prima scilicet, secunda, & tertia, ac quarta. *Si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret.* Qua vigilia siue secunda, siue quarta fur impetum facere disponderet; vigilaret vtique, omni tempore, ac hora, vt suos ab vniuersis infortuniis eriperet, noctem totam in omnem duceret, quietem placidam liberorum incolumitati postponens. *Et non sineret perfodi domum suam;* vt bona illius, ac filiorum diripiantur: non ait, non sineret spoliari domum suam, sed perfodi. Bonus paterfamilias non solum magnum nocumentum, sed etiam paruum inten-

111. Beda. Bonauent.

Bonus Pater plus bono filiorum, quam suo consulit.

122.

Chryso.

123.

Matth. 24.

1. Thesal. 5.

2. Petri. 3.

Apocal. 16.

Nonius.

125.

Theophyl.

Beda.

Albertus.

Mors sæpe inopinata venit.

124.

Damnatio irreparabile damnatum.

Ob diem iudicij ne ridas.

1.

Syriacus.

Euthym. Carthus.

Matt. 6. & 15.

Reg. 4.

2.

Cyrril. Euthym.

3.

Luc. 7.

Peccata inueterata difficile expelluntur.

Psal. 15.

Exod. 17.

Incommoda ex mala societate.

4.

Cyrril.

Titus.

Matth. 11.

Christus potius consulit nostra salutem, quam sua auctoritatem.

lens nostræ salutis, quam suæ auctoritati, ac honori, ut prodesset presentibus propter animarum lucrum de se ipso non curat, omnium murmurationes parvi facit.

Secundo. Theophylact. Christus in domos Pharisæorum ingrediens; cura enim ei erat animarum utilitas. Potuissent enim vel ex doctrina, vel ex miraculis utilitatem percipere. Aderat Christus in huiusmodi conuiuio, ut præsentibus, tanquam verus Magister doceret verbo, & etiam factis, ut exemplo suæ sanctitatis, ac virtutis eos insecraret, ac alliceret ad iustitiam. Euthymius, Hic Pharisæus, ait, tanquam Prophetam vocavit eum ad conuiuium, opinionem venari cupiens. Cùm Christus Dominus esset maxime notus ut potens opere, & sermone, inuitat eum Pharisæus, ut multam auctoritatem sibi conciliaret, quod talem, ac tantum dignaretur habere hospitem.

Quartò. D. Bonau. In hoc, ait, quod intravit domum alienam, commendatur Christi humilitas: in hoc, quod domum Pharisæi, Charitas. In hoc, quod manducavit panem alienum, ipsius Christi paupertas. Ex in his ostenditur summa benignitas, qua altissimus voluit pro nobis humiliari. Iustissimus cū impiis conuersari. Dicitur inter homines pauper fieri. 2. Corint. 8. n. 9. Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos diuites efficitis. In quolibet Christi opere omnes virtutes resplendebant, ut in hoc, quod intrauerit domum Pharisæi ad manducandum panem, eius humilitas, charitas, paupertas, & cum esset altissimus voluerit se humiliari, ut deieci, ac humiles sublimarentur, & exaltarentur, maiorum humiliatio, minorum est utique exaltatio.

Quintò. Ericus Abbas. Adibat, ait, Dominus carnalia hominum conuiuia, non tam ut exterioribus epulis vesceretur, quam ut ipse, qui est panis de celo descendens dapes superni conuiuij erogaret. Christus Dominus valde exiguo, ac tenui cibo utebatur, & inter nos tanquam peregrinus, ac egenus elemosinā ab hominibus accipiens degebat, ad quid ad huiusmodi conuiuia se conferebat? Non tam ut ipse exterioribus epulis vesceretur, quam ut ipse dapes superni conuiuij erogaret. Sumebat Dominus panem ab hominibus, ut inde quodammodo obligaretur ad cælestem panem hominibus dandum, voluit Dominus pane accepto ab hominibus, eis panem dare: ut homines elemosyna ac opere charitatis præparati, dignius cælestia beneficia exciperent.

Accessit Parens meus Elias ad Sareptam ciuitatem, multa fame oppressus à quadam muliere vidua obniam ei facta postulat buccellam panis, cui mulier respondit, quod non habebat panem, nisi quantum pugillus capere posset farinæ; quam præparare volebat, ut ipsa, & filius eius comederent, & postea morentur, quibus verbis significatur, quod mulier, & puer maxima penuria laborabant, ad extremum famis tempus mulier illum reseruauit, quando iam ipsa fames sustineri non poterat, ait illi Elias. Vade, & fac sicut dixisti: veruntamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & offer ad me: tibi autem, & filio tuo facies postea. 3. Reg. 17. n. 13. Elias ingressus est in domum viduæ, ut eam multa abundantia repletet, Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur. Aderant tres famelicæ filias, & filius eius. Cur Elias postulat, ut mulier ei faciat primum, eique afferat pa-

nem, & postea sibi, & filio suo; facile enim hoc quadam impatientia, ac inurbanitate notari poterat? Quis enim vnquam sic postulat panem, ut ipse petens primum comedat, & postea Dominus panem largiens, cūm vterque tam petens, quam largiens famelicant? Venerat Propheta, ut multa copia farinæ, ac olei domus viduæ abundaret, inde postulat primum sibi afferri, Subcinericium panem paruulum. Ut ex paruo pane sibi dato cresceret alimentum, ut abundantia vidua, ac filius eius pascerentur. D. Prosper de Prædicationibus, part. 2. num. 29. Ex hoc ipso, ait, Propheeta prius sibi offerri iubet, tum etiam sibi, suisq; filiis præparandum: ut misericordia primum occupet locum, quam præire ante faciem Dei Scriptura testatur. Ex ipso enim omnis copia: Ex quo nascitur omnis copia; ex ipso nempe pane dato, ac si ille cibus in stomacho Propheeta non solum ei esset alimentum, sed etiam viduæ, ac filio eius pabulum.

Ait Christus Dominus Cantic. 5. num. 1. Comedi farinam, seu ut habent Septuaginta, panem, cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo, comedite amici. Valde mirum, quod Dominus dicat se prius panem comedisse, & postea amicos ad comedendum inuiter; sedus enim amicitia postulat ut prius amici pabulo rescerentur, & tunc postea ipse Dominus pane vesceretur; tamen ipse prius vult refici pane, & tunc amicos ad escas vocat; Antequam Christus Dominus suis amicis præbeat diuinas adipos in cælesti mensa, disponit ut prius ipsi amici ei in paupere suo panem melle charitatis, & lacte pietatis largiantur, & ait panem meum, quia quod datur pauperi, potius est ipsius pauperis, quam dantis, ut tali pane dato ipsi amici aptiores fiant, ad eius mensam, ut comedant panem. Indèque ait: Comedi panem, comedite amici. D. Greg. or. Nilfenus homil. 10. in cantic. Comedi, ait, panem meum, &c. Esurim, & dedi mihi manducare, Panis enim lætitia est beneficentia conditus melle præcepti: Et subdit. Hæc cum verbum dixisset sponsa, apponit mysterium sacramentum, comedite amici.

QVÆSTIO II.

Quare Hydropicus dicitur constitutus ante Iesum, & non ante alios, cuius nec situs, nec modus describitur?

¶ I c homo non solum deficiens virtute, & sanitate, sed etiam abundans multa paupertate erat, ut docent Euthym. Beda, D. Bonau. & alij: quo posito duo circa hunc hominem notanda sunt. Primò quod dicitur Hydropicus constitutus ante illum, scilicet Iesum; non verò ante alios conuiuas. Pauper enim, ac necessitate oppressus non est ante oculos hominum temporalium, sed solum ante oculos Iesu, ut ei subueniat, ac opem ferat. Qui prospexit de excelsis sancto: Dominus de celo, in terram aspexit, ut audiret gemitus compeditorum, ut solueret filios interemptorum. Psalm. 101. n. 20. 21.

Secundò. Ponderandum quod dicitur: Homo ante illum. Non verò scribitur situs hominis, an iaceret, vel sederet, staret, seu genibus flexis se haberet, ut de aliis narratur. Paralyticus iacebat, Ioan. 5. num. 6. Cæcus sedebat secus viam, Luc.

Panis datus Elia pabulum domus viduæ.

Prosper.

Cantic. 5. Septuaginta.

Panis datus pauperi mensa larga largitori.

Nissen.

10.

Euthym. Beda. Bonau. Solus Iesus ante se habet pauperem.

Psalm. 109.

11.

Luc. 18. Matth. 9. Marc. 5.

Pauper non habet locum in domo principis.

Ester 4. Thyrius.

12.

Consilium malignantiū est in eorum confusione.

13. Theophyl.

Boëtius.

14. Ex beneficentia iniqui scandalizatur.

15.

Matth. 11.

Vulgare ut ex bono opere iniquitas scandalizetur. Carthuf.

QVÆSTIO III.

Quare Hydropicus cum sit ante medium non rogat, ac petit salutem, sed tacet?

¶ Derat hydropicus ante Christum, à quo valde notum erat quod omnes salutem impetrabant, cur ergo pro se non petit, & rogat, sed omnino tacet? Iciebat fortè, quod lat erat suam necessitatem, ac infirmitatem, Domino præsentari, à cuius conspectu se vacuum non discedere sperabat, seu quia sibi persuadebat, quod altius eius necessitas ad Christum clamabat, quàm quæcumque eius vox.

Aliter respondet D. Cyrill. & Euthym. qui ait. Hydropicus erat stans nec audens petere curationem propter sabbatum, & Pharisæos. Pharisæi principes, ac viri potentissimi in republica; quamuis ergo homo multa necessitate laborasset, sanitatis beneficium non audeat petere, ne præsentis offenderet Pharisæos; præcipue, cum esset sabbatum, de quo ipsi ex sua malitia scandalizari poterant. Ut Luc. 13. num. 14. Quis dubitat, quod timor silentium indicat, & frænum ori iniicit? De magno Alexandro dicitur Mach. 1. cap. 1. num. 3. sicut terra à facie eius. Timore concepto ab eius conspectu, ac mandato, omnes homines siluerunt, ita ut nullus mittere auderet.

Post varios rerum euentus cum Ioseph Ægypti regnum administrasset, ac minimè à fratribus suis esset agnitus, ille se eis manifestauit dicens. Ego sum Ioseph, adhuc pater meus viuit? Et non poterant respondere fratres. Gen. 45. num. 3. Non multum, quod illi fratres, qui in crimine venditionis fuerant comprehensi tacerent, sed Ruben, ac Benjamin, qui omnino erant immunes à delicto; cur agnito fratre non accedunt ad eum, eique gratulantur, cum in tanta gloria, ac magnificentia viuis existat, qui mortuus putabatur? Nec enim erat parua ratio se mutuo congratulandi, quod frater suus Ægypti gubernacula administrasset. Cur ergo silent? Textus ipse assignat rationem. Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. Ex inopinata eius præsentia, ac voce tam extraordinario rerum euentu omnes sunt timore percussi, ut omnium lingua fileret, omniumque os comprimeretur, nullusque vocem aliquam proferre auderet. Philo lib. de Ioseph. Ecce, ait, nunc presentem me cernitis, ego sum, hac in sperata voce percussus, perterritusque, ac sine voce stupentibus dixit. Omnes mihi sanguine conuictos complector.

Præmotus David cogitatione, vel grassantis pestilentia, vel alterius morbi, seu etiam æternorum suppliciorum pro præteritis peccatis dicebat. Anima mea turbata est valde. Et in tanta anxietate remedium quærens aiebat. Sed tu Domine usquequo. Psalm. 6. num. 4. Ecce magnas vates facit orationem truncam, & non completam, cur non explicat ad quid tendit illud. Usquequo? Cur non ait subuenis, vsquequo non exaudis, ut sæpe in similibus Canticis fecerat? Psalm. 12. num. 1. Usquequo Domine obliuisceris me in finem? Usquequo auertis faciem tuam à me? Psalm. 78. num. 5. Usquequo Domine irasceris in finem? accenditur velut ignis zelus tuus? Psalm. 88. num. 47. Usque

16. Necessitas sollicitat Dei pietatem.

17. Cyrillus. Euthym. Pra mensa silet Hydropicus.

Luc. 13.

1. Machab. 1.

18.

Gen. 45.

Timor stupescere facit, ac adimit vocem.

Philo.

19.

Psalm. 6.

Psalm. 12.

Psalm. 78.

Psalm. 88.